

**490. Grant by Richard son of John to the hospital at St Sepulchre's, Sudbury, founded by Countess Amice, in free alms of land (described) extending up to the ditch of Chilton, and 6d annually from Ralph son of Freda for land next to the Fenbrigge. After 1198: early thirteenth century.**

*Fo 160r cccxxii.* Carta Ricardi filii Iohannis de terra sua de Subir'.

Sciunt tam posteri<sup>1</sup> quam presentes quod ego Ricardus filius Iohannis pro amore Dei et salute anime mee et pro animabus antecessorum et successorum meorum concessi et dedi hospitali domui quam Amiscia comitissa fundavit iuxta ecclesiam Sancti Sepulcri in Subir' in puram et perpetuam elemosinam, totam terram illam que iacet inter terras que fuerunt Gilberto filio Ayelinoth, et se extendit usque ad fossatum de Chiltune. Concessi eciam et dedi eidem domui servicium Radulfi filii Frede quod mihi facere consuevit, redditum scilicet sex denariorum pro terra quam tenuit de me iuxta le Fenbrigge. Volo igitur et firmiter statuo ut predicta domus habeat et teneat libere et integre et quiete, absque omnibus<sup>2</sup> exactione seculari ad me et heredes meos pertinente. Ego eciam et heredes mei warantizabimus et acquietabimus predictam terram et predictum redditum prefate domui contra omnes homines et feminas. Igitur ut hec mea concessio et donacio stabilis et firma permaneat eam presenti scripto et sigilli mei appositione confirmavi. Hiis testibus, Philippo de Hard(er)es, Ricardo de Gosfeld', Alexandro filio Gilberti, Willelmo filio Rogeri et aliis.

<sup>1</sup> MS presteri.

<sup>2</sup> Sic in MS.

*Date:* the donor occurs in 1200 (*CRR* i, 359) and 1225-6 (*Essex Fines* i, 71). For St Sepulchre's hospital and the first witness see no. 60n.

**491. Grant and quitclaim by Gilbert Braghewod of Sudbury, in return for 20s, to Silvester the chaplain of 2d annual quit-rent from Robert Blund de Fonte for a house beyond the cross and a plot on the other side. Early thirteenth century.**

*ccccxxiii.* (Carta)<sup>1</sup> Gilberti Braghewod de duobus denariatis redditus.

Sciunt presentes et futuri quod ego Gilbertus Braghewod de Suberia dedi et quietum clamavi Silvestro capellano illas duas denariatas quieti redditus quas Robertus Blundus de Fonte mihi annuatim reddere solebat, scilicet de domo<sup>2</sup> forinseco ad crucem, unum denarium, et de placia ex alia parte unum denarium. Pro hac autem donacione et quieta clamantia dedit mihi predictus Silvester viginti denarios sterlingorum. Hiis testibus, Waltero clerico de Suberia et aliis.

<sup>1</sup> omitted in MS.

<sup>2</sup> MS dono.

*Date:* Silvester the chaplain occurs in 1214 (*CRR* vii, 66), Walter the clerk in 1223 (*CRR* xi, no.1013).

triginta et duos denarios pro duabus acris terre arabilis in campo extra portam orientalem versus Bures, et de Radulfo Ruffo octo denarios, pro mesuagio in venella iuxta mesuagium Willelmi de Venella, et de Ricardo filio Mathei octo solidos pro duobus mesuagiis et pro tribus acris terre arabilis extra portam versus Pithecrosse. Hanc autem marcam annui redditus dictus Willelmus post dies suos dictis monachis concessit habendam, si terram et redditum quos de eis tenet per cartam suam, in villa Suberie eidem Willelmo plenarie quo ad vixerit warantiza/fo 161r -verint, alioquin dicta marca ad dictum Willelmum et eius heredes sine omni clamio revertatur, ex quo cessaverint a sua warantizacione dictorum terre et redditus Sancti Sepulcri de Suberia. Hanc autem convencionem inter partes sine fraude et dolo firmiter observandam utraque partium in anima sua promisit, et ut hec convencio stabilis et inconcussa perseveret, utraque partium alterius scriptum singno suo communivit. Confectum est istud instrumentum anno gracie mccc tricessimo sexto, ciclo decem novenali tercio. Hiis testibus, domino Thome Deveras, magistro Radulfo de Suberia, Roberto Ridel et aliis.

**494. Confirmation by Hugh de Gournay of Amice countess of Clare's gift to the monks of five marks annually in Sudbury, for as long as he, or anyone in his name, shall retain custody of the manor. Early or mid-thirteenth century.**

ccccxxvi. Confirmacio Hugonis de Gornaco de quinque marcis annuis. Notum sit omnibus ad quorum noticiam hoc scriptum pervenerit quod ego Hugo de Gornaco volo et concedo quod prior et monachi de Stok' libere, quiete et pacifice habeant et possideant donum quod Amicia comitissa de Clar' eis fecit de quinque marcis annuis in villa de Subiria sicut carta quam inde ab eadem comitissa habent, testatur. Quod igitur ut firmitatis robur optineat, quam diu ego custodiam dicti manerii habuero, vel aliquis nomine meo, presens scriptum sigilli mei munimine confirmavi et corroboravi. Hiis testibus, Iohanne filio Galfridi, Nicholao de Molis et aliis.

*Date:* Hugh de Gournay the younger received his father Hugh's lands in 1222 and also occurs in 1236 (*R Litt Claus* i, 494b; *CRR* xv, no.1660). Nicholas de Molis occurs in 1246 (*Bk Seals*, no. 56).

*Note:* Countess Amice granted five marks from the tolls of Sudbury in no.64: these were presumably administered by, or on behalf of, the custodian.

**495. Grant by Roger de Dalham to the monks in free alms of three half-acres of land in the field of *Mere bac*, near the earl's demesne, instead of the tithes of his mill at Needham; if for any reason the mill should fail, the monks are to keep the land. Early thirteenth century.**

ccccxxvii. Carta Rogeri de Dalham de tribus dimidiis acris terre. Sciant presentes et futuri quod ego Rogerus de Dalham dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et ecclesie Sancti Iohannis Baptiste de Stokes

497. Grant by Matilda daughter of Bartholomew, with the assent of her husband Geoffrey, to St Sepulchre's church and hospital in Sudbury, of 4d annually which Roger de Manant used to pay to her father and herself for a pasture by *Kinges mareis*; in return for 40s to Geoffrey from Countess Amice, the founder of the house, which is to be repaid in full should the donors or their heirs wish to invalidate the grant. 1198-1223.

ccccxxix. Carta Matildis filie Bartholomei de iiii. d. redditus.

Sciunt tam posteri quam presentes quod ego Matildis filia Bartholomei pro salute anime mee et pro anima patris mei concessi et dedi per voluntatem et assensum Galfridi mariti mei Deo et ecclesie Sancti Sepulcri de Suberia et hospitali domui eiusdem loci anuum redditum quatuor denariorum quos dominus Rogerus de Manant solebat reddere patri meo et mihi annuatim pro quadam pastura iuxta *Kinges mareis*. Et sciendum est quod domina Amicia comitissa de Clar' fundatrix predictae domus pro hac concessione et donacione mea dimisit iam dicto Galfrido marito meo et mihi xl. solidos de misericordia, quos ei reddere tenebatur, ea tamen condicione<sup>1</sup> quod si quis nostrum vel heredum nostrorum hanc meam donacionem voluerit infirmare, prefate comitisse vel heredibus suis predictos xl. solidos integre / fo 162r persolvet. Igitur ut hec mea concessio et donacio stabilis et firma permaneat, eam presenti scripto et sigilli mei appositione roboravi. Hoc idem eciam Galfridus maritus meus sigilli sui appositione confirmat. Testibus hiis, Ricardo filio Iohannis, Alexandro filio Gilberti, Osberto filio Ricardi et aliis.

<sup>1</sup> MS contradiccione.

*Date:* Countess Amice was presumably alive.

498. Quitclaim by Richard son of Matthew of Sudbury to the monks of all his rights in the dues which William de Bures, Alexander son of Matthew, Alexander son of Thomas de Venella and David Daniel owed him for a tenement in Sudbury. Mid-thirteenth century.

ccccxxx. Carta Ricardi filii Mathei de quibusdam redditibus.

Sciunt presentes et futuri quod ego Ricardus filius Mathei de Suberi concessi et omnino quietum clamavi de me et heredibus meis Deo et Beato Iohanni Baptiste de Stok' et monachis ibidem Deo servientibus pro salute anime mee, antecessorum et successorum meorum, totum ius et clamium quod habui vel quod aliquo modo habere potui in homagiis et serviciis, releviis, redditibus, escaetis et omnibus aliis pertinenciis, que mihi Willelmus de Bur(is), Alexander filius Mathei, Alexander filius Thome de Venella, David Daniel solebant et debebant facere de tenemento quod de me tenuerunt in Suberi, ita quod ego nec aliquis pro me nec per heredes meos in dictis homagiis, serviciis, releviis, redditibus, escaetis et omnibus aliis pertinenciis aliquid exigere, vendicare poterit. In cuius rei testi-